

tus 26. Magisterij in artibus 49. in Theologia 33. Et etatis 73. Anno &c. 1461. tabule complete. Annos igitur 76. habuit emortuali anno 1464. meritissimus Senecio, cui hic Italum acetum abstergam Aeneae Silvii, quo illum perfudit in Hist. Friderici III. Imp. Analektor. Kollarii T. II. p. 11. cujus ego doctrinam laudarem, dicens, nisi duos et viginti annos Isaia primum capitulum legisset, neque adhuc ad calcem venisset. Idem evulsum ex hac Historia legitur inter Aeneae Epistolas n. CLXV. Inde, ut fit, transcripsit Trithemius n. 705. inde Sixtus Senens. Biblioth. S. Lib. IV. edit. Paris. 1610. p. 306. f. novis erroribus cumulans; ait enim Nostrum a. 1410. XXIV. Libros in solum C. I. Isaiae scripsisse. Apage primum Sixti annum 1410. Anno 1428. incepit Noster, ut supra sua manu testatus est. Apage Libros XXIV. Legimus superius triennio ante Auctoris mortem: Finitus et completus hic quintus Liber &c. Deim mirare Trithemium sibi contradicentem; nam postquam Aeneae fabellam recoxisset, continuo subdit: Scripsit multa volumina in Esaiaam Prophetam. Nec dices, aliud esse legere, aliud scribere; Lecturam enim vocat Haselbaehius, quod in Isaiaam scripsit, ut pariter superius vidisti. Demum, ut ad fontem redeamus, aut ignoravit rem Aeneas Silvius, aut intempestive joculari voluit. Alterutrum sane evincit nostrum Αουτογχαφου. Quod si cui vel hoc mirum videatur, Thomam in Isaia interpretan-

do ab a. 1428. ad an. 1460. non ultra XVI. Capita progressum esse, perpendat is, quae so, legationes ab eo intra hoc tempus Basileam, in Imperium germ. Pragae, Brunam, in Hungariam obitas, curas Parochiales, negotia Academica, Lectiones non quotidianas &c. de quibus illum Sec. I. Scriptt. et Conspectus Hist. Universit. educebunt.

## CLVI.

Codex membraneus lat. Sec. U. 30 XIV. Folior. 143. f. maj. per duas columnas currente calamo perscriptus, rubricis enotatus, et, ut theca anterior adferit, testamento legatus Collegio Ducali Vien. a celebri Thoma de Haselbach Theol. Prof. Plebano in Perchtoldsdorf et ad D. Stephanum Canonico, cujus Acta recensentur P. I. Scriptt. Univ. Vien. p. 138. continet, ut e calce praeoccupo, Postillas super Ezechielem editas a fratre Hugone ordinis predicatorum bone Memoriae Cardinali. Est is Hugo Delphinus, dictus a S. Caro (Saint Chers) item a S. Theoderio, defunctus a. 1262. Autor vastarum Postillarum in universa Biblia, quarum Pars haec praesens incipit: Apoc. VIII. Vidi et audiui vocem unius aquile volantis &c. et finit: quam in circuitu tabernaculi fuerint ordinate a moyse in Numeris et hoc satis patet ex Glossis. Editiones habes in Scriptt. Ord. Praed. T. I. p. 201. una cum Auctoris Vita p. 194. In Edit. Lugd. 1645. quae, quod mirere, ibi non

non adsignatur, *Ezechiel Tomum*  
V. f. auspicator.

## CLVII.

R. 33<sup>14</sup>

Codex membraneus lat. Sec.  
XIV. Folior. 323. f. maj. chara-  
ctere crasso, atro per duas saepe  
subdivisas columnas multis vocum  
compendiis scriptus, coloribusque  
distinctus hoc Rubro gaudet: *In-*  
*cipiunt glose super unum ex qua-*  
*tuor magistri petri cantoris Pari-*  
*sienfis.* Praefatio init: *Quatuor fa-*  
*cies vni erant. Sicut trinitas per-*  
*sonarum unitati diuine effencie*  
*non preiudicat. sic nec quaterna-*  
*rius ewangeliorum unitati eorum*  
&c. Magis infra consilium suum  
explicat Autor: *Horum auctori-*  
*tate roborati IIII. ewangelia in*  
*unum compacta in unum propter*  
*commodum auditorum et tempo-*  
*ris breuitatem exponere proponi-*  
*mus.* Atque id ita exequitur, ut  
rerum gestarum feriem secutus ini-  
tio ab *Johanne* ducto per *Lucam*  
et *Matthaeum* ad *Marcum* per-  
tingat, Textus evangelici par-  
ticulis litera grandi ubique in-  
fertis, ut adeo, quod jam supra  
innui, in una pagina tres, quin  
quatuor columnae passim occur-  
rant. Vastum et egregium hoc O-  
pus mirum quam latuerit Literato-  
res, qui vix tribus verbis ejus me-  
minere. Ad *Trithemii* manus non  
pervenerat. *Lelongius* in priore  
*Syllabo* Scriptorum biblicorum du-  
os ejus Codices *ms.* sub nomine  
*Petri de Rems* memorat; in po-  
steriore vero numerat inter deper-

*ditata. Oudinus T. II. col. 1665.*  
*Codices Oxoniensem, Cluniac. et*  
*Cantabrig. citat.* Primam porro e-  
jus mentionem fieri puto in *Chro-*  
*nico Alberici Cist. trium Fontium*  
*Monachi,* qui post a. 1246. clar-  
uit, in *Access. Hist.* ab *Leibnitio*  
1698. *Hanov. editis T. II. p. 411.*  
4. ubi ad a. 1197. de *Nostro:*  
*Cantor Parisiensis Magister Petrus*  
*Doctor Theologus religione et ho-*  
*nestis moribus famosus et clarus a-*  
*pud Abbatiam Longipontis obiit.*  
*Hujus habentur libri multi — U-*  
*num ex quatuor innovatum &c.* Di-  
xit *innovatum,* quod jam alii ante  
illum *το δια τεσσαρων* scripsere. In-  
duit vero *Petrus* monachum *Lon-*  
*gipontanum,* ut *Episcopatum Tor-*  
*nacensem* effugeret. *Rhemensem*  
fuisse non puto. Confuderit illum  
*Lelongius* cum *Petro de Riga,* et  
in universum proclive est, turba-  
ri aliquid inter plures *Petros συ-*  
*ργους,* qui et Galli et Scripto-  
res fuissent, puta *Nostrum, Riga-*  
*num, Abailardum, Piſtaviensem,*  
*Comestorem, Blesensem, Lombar-*  
*dum,* ceteros. Extrema Operis nun-  
quam typis proculsi sunt: *Hanc ul-*  
*timam processionem (ascensionem*  
*ad coelum) post ihesum represen-*  
*tat ecclesia in dominicis diebus. Ce-*  
*tera require in fine hystoriarum.*  
Nempe evangelicarum. Accedit  
Clausula: *Expliciunt glose IIII.*  
*ewangeliorum colleſte et excepte*  
*cum labore super unum ex IIII.*  
*secundum Petrum Cantorem Pari-*  
*sien. et ab alia manu Adplausus*  
*Librario:*